



zu Oder

O.i.840(1-101).



9

THESES  
DE IVRISDI-  
CTIONE.

QVAS DEO AVSPICE, PRAESIDE VIRO  
CLARISSIMO D. IOANNE MICHAELI CRONEN-  
burgero, LL. Licent. Dictatore in celeberrima Agrip-  
pinensium academia in Collegio Iuriscon-  
fultorum, publicè defendere  
conabitur. 20. Decemb.

Anno 1590.

ENGELBERTVS GRVITER.



COLONIAE AGRIPPINAE C  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

# THESES I.

**G**VM cuiuscunque rei potissima pars sit principium: (a) opera pretium est, unde iurisdictio seu Imperium originem suam traxerit, explicare. Quia in re variae inueniuntur interpretū sententiae. Alij enim à potestate, (b) alijs à fortuna, (c) alijs (quibus assentior) à Deo Opt. Max. tanquam imperiorum & magistratum ordinato reprouenire, opinantur. (d)

(a) l. i. de orig. iur. l. si procuratorem s. in princ. mand. (b) Glos. in c. vni. in prin. de pac. tenend. int. sub. in vslib. feud. (c) Glos. in l. digna vox in verb. principatu. C. de leg. (d) Hieron. Muscor. in tract. iurisdict. in prin. per Nou. 6. in prin. vbi dicitur maxima esse dona dei Imperium & sacerdotium. Matth. de Afflict. deci. 391. n. 8. Innoc. in c. quod super 8. n. 2. de voto & voti red.

## II.

Iurisdictionis vocabulu à iure dicendo sumptum esse non ambigitur. (a) Magistratus quippe non quilibet, sed maiores tantum qui pro tribunali statim temporibus cognoscabant ius dicere proprie dicuntur. (b) Ex quo apparet officium iudicis latius, quam iurisdictionem patere. (c)

(a) Coras. lib. 3. Miscel. c. 17. in prin. VVes. in parat. h. t. n. 2. (b) l. 4. de interrogator. actio. VVes. d. loco. (c) l. i. h. t. nam officium iudicis etiam ea complectitur in quibus nulla iurisdictionis consistit. Cuia. in parat. C. h. t. Iul. pac. in Synops. I. part. ff. lib. 2. Didac. à Segura. late in l. filius de verb. oblig. nu. 6. & seqq.

## III.

Iurisdictionem cū Accursio, (a) & alijs definio, quamvis non sint qui contradicant (b) esse potestatem de Iure publico introductam, cum necessitate iurisdicendi & aequitatis statuenda, quae etiam non male Imperium, (c) & vice versa (d) dici hodie potest, quamvis olim Imperium videatur à iurisdictione nonnihil separatum fuisse. (e)

(a) in l. i. in verbo potest. h. t. & in Nouel. de defens. ciuir. §. oportet verb. iurisdictione Bart. in d. l. i. n. 3. Azo in sum. C. h. t. n. 1. & c. (b) Muscor. & alijs in tract. iurisd. nu. 6. & seqq. (c) l. i. in pr. verb. Iurisdictionem mandant de off. eius. Glos. in d. Nou. de def. ciu. Longo. in rep. l. Imperium 3. fol. mihi 178. h. t. Azo in d. t. nu. 14. (d) negat Muscor. d. tract. n. 13. dc. fudit Duar. lib. 1 disp. anniu. c. 53. in fin. (e) vide VVes. in parat. h. t. n. 5.

## IV.

Ea præcipue diuiditur in Imperium merum & mixtum & iurisdictionem simplicem, (a) Item in ordinariam & delegatam, (b) Voluntariam contentiosam & consensu partium prorogatam. (c)

(a) d. l. Imperium h. t. (b) tot. tit. ext. de off. & potest iudicis deleg. & ord. Pet. à Bell. per. in l. more 4. n. 22. h. t. & in l. i. §. 1. n. 4. qui & à quo app. Spec. de iurisdict. omn. iud. in prin. Sichar. in rub. C. h. t. n. 2. (c) VVes. in parat. h. t. Spec. d. loco. n. 26. Sich. d. loco. n. 3.

## V.

Ceterum quāvis varijs tradant meri Imperij definitiones, (a) & Bart. (quē fere sequuntur) istam (b) nimis ut sit iurisdiction, que officio iudicis nobili exercetur ad publicam utilitatem respiciens. Ego tamen (cum teste Cic. consultius sit ex fontibus haurire quam

10

quam riuiulos conseculari) verissimam esse puto. definitionem Vlp. licet eam pleriq; negant definitionem esse, (c) videlicet Merum Imperium esse gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. (d)

(a) in d.l.3. (b) in d.l.3.n.5. & 6. (c) sed potius exempla Glos. in d.l.3. Bart. ibidem. nu.6. Iason d.l.3.n.2. & hanc sententiam defendit Muscor. n.40. & seq. & alij, (d) tex.est in d.l.3. h.t.l.potestatis 215. de ver. sig. & hanc vti veriorem defendit optime Long. in d.l. Imperium fol.84. & 98. Alc.lib.2.paradox.c.7. & 8. Cost. in d.l.3. Coras.lib.3. Misc.c.17. nu.8. hanc tenet Azo in sum. C.h.t.num.15.

## V I.

Nec mixti Imperij definitionem à Bart. (a) & sequacibus traditam, amplector, vt sit officium iudicis nobile priuatam utilitatem resipiens: sed & hic eam verissimam opinor quam idem Vlp. tradit, vt sit cui iurisdictio insit: (b) quæ sine modica coercitione evanescari nequit. (c)

(a) in d.l.3.n.15. Iaf. d.l.n.2. & hanc multis defendit Muscor. nu.150. (b) l. im. crum 3. h.t. Long. in d.l. Imperium fol.98. & fol.137. & passim. vide Ant. Fab. coniect. lib. 4.c.4. (c) l.fin. de off. eius. &c.

## V II.

Ex Imperij igitur meri & mixti definitione facile est iurisdictio. Similicis definitionem agnoscere. Omnia enim ad iudicium potestatem spectantia, non nullam sapiunt, aut continent animaduersionem, actiones puta ciuiles, reales, personales, mixtae: item persecutioes, ad iurisdictionem pertinent: & in summa, Iurisdictio nihil aliud est quam causarum ciuilium cognitio.

Ita sentit Long. in d.l. Imperium fol.107. & seqq. nu.10. per l. obseruare 4.5. fin. de off. procos. vbi proconsul statim atque in prouinciam ingressus est iurisdictionem legato mandat, quod de ciuib. causis intelligendū est, cum eo mand. non comprehēdatur merum imperium, l.i. in fi. de off. eius l. solent. 6. in pr. de off. proc. per l. vnic. si quis ius dicent Glos. in l. inter. ad municip. Iason in d.l. Imper. n.31. vbi dicit quod omnes causæ de mundo respicientes priuatam utilitatem, & quæ expediuntur iure actionis, sunt semper simplicis iurisdictionis.

## VIII.

Iurisdictio ordinaria est, quam quis suo iure, hoc est eo ipso quod talis sit, vel lege vel Senatus consulo, vel constitutione principum exercere potest, (a) dum modo illud ex litteris commissionis appareat. (b)

(a) Termineus in process. cap.1.l.1. de off. eius, Iaf. in l. more in pr. h.t. Hostien. in sum. de off. ord. n.1. Maran. part.4. dist.5. (b) Maran. d.loco Iason d.l. more nu.52. c. cum in iure peritus 31. vbi Glos. de off. & potest iud. deleg. Sebast. Vant. in tract. nullitat. fol.303. nu.21. in fin. Matesil. sing. 89. & Gabr. Sar. in addit.

## IX.

Nec intelligitur ordinaria vel extraordinaria, vti nec delegata, nisi per scripturam probetur: (a) Ea q; erupta vel amissa per testes deponentes super tenore illius & amissione, vel recurrendo ad ipsum delegantem. (b)

(a) Bald. in l. prohi. titum n.12. C. de iur. fisc. tex. in c. fundamēta 17. §. proinde circa medium vbi glos. in verb. litteras. de elect. in 6. Henr. Boich. in d.c. cum in iure n.2. Iason d.l. more

more n. 53. Vant. in tract. nul. fol. 189. n. 12. & 15. & fol. 194. nu. 24. & fol. 190. per tex. in l. x.  
C. de mandat. prin. tex. in c. injunctæ in prin. extrauag. com. de elect. Felin. in d. c. cū in iu-  
re 31. per tot. vbi docet qualiter & quando iurisdict. probari debeat. (b) Vant. d. tract. null.  
fol. 194. nu. 29. c. cum olim 12. vbi Glos. in verb. sine reprehensione. de priuil.

## X.

*Iurisdictio delegata dicitur, quæ vel à principe, vel ab alio ordinario cōceditur, (a) &  
generaliter qui ex alterius commissione alicuius causæ recipiunt iudiciale cognitionem,  
iurisdictione delegata uti censemur, (b) & ob id commissarij plerunque appellantur: (c)  
& nihil proprium habent, sed funguntur vice eius qui delegauit. (d)*

(a) d. l. more. l. & quia. 6. vbi Glos. in verb. nec ipsa lex. h. t. iurisdictio namque ordi-  
naria etiam si sit priuilegiata nihilominus potest delegari c. fin. vbi Glos. de off. ord. Ias. in  
l. à Indice 5. n. 2. C. de iud. Ronch. de duob. reis. l. 3. in pr. n. 53. (b) Specul. de iurisd. om. iud. §.  
delegatus per c. super quibusdam per tot. de off. iud. deleg. (c) Alex. Stiat. c. 1. pract. obs. in  
prin. Ioan. de Arnon. in pract. iudicaria c. 13. Ang. Aret. in §. in bona fidei n. 13. & seqq. de  
act. (d) d. l. 1. §. qui mandatam de off. eius l. solet 16. h. t.

## XI.

*Voluntaria est, quæ de re instituitur, cuius expeditio strepitum & solennis iudicij for-  
mam non requirit, licet interdum causæ cognitione opus sit: cuiusmodi est manumissio, ad-  
optio, emancipatio, & similes.*

l. vnic. & ibi Glos. pen. de off. cons. l. 2. de off. procōf. Marant. in Spec. part. 4. dist. 18 n. 2.  
Azo in sum. C. h. t. n. 13. Anto. de Matthæ. c. 5 n. 28. & seqq. tract. iudicij. Glos. in l. 1. de off.  
prætor. Spec. de ferijs §. sequitur n. 7. l. actus 8. vbi Bald. C. de fer. Sich. in rub. C. h. t. n. 2.

## XII.

*Contentiosa est, quæ recepto iudiciorum more & ordinario processu, aduersus negan-  
tem, & inuitum reum, obseruatis solennitatibus, & auditis utrinque partium allegationi-  
bus, exercetur.*

l. 2. de off. procons. Marant. in Spec. d. dist. n. 1. Azo in sum. C. h. t. n. 13. per l. inter 83.  
§. si Stichum de verb. obl. l. summa 21. in fine. de pecul.

## XIII.

*Prorogata iurisdictio dicitur, quando consensu partium aliis prætor, quam cuius iuris-  
dictio esset, aditus est, (a) à qua tamen conuentione re integra, & lite non contestata,  
recedere licet: (b) nisi iuramentum intercessit, vel presente & consentiente iudice proro-  
gatio facta sit. (c) Ceteroqui priuatorum voluntas non facit iudicem eum, qui nulli præ-  
est iudicio. (d)*

(a) l. si conuenerit. 18. h. t. latè de prorogat. iurisd. in Syntag. com. opin. nu. 98. vsque ad  
n. 118. (b) d. l. si conuenerit in fi. Donat. à Finar. n. 24. in Syntag. com. opin. h. t. (c) Costal.  
in d. l. si conuenerit. Syntag. com. op. n. III. (d) l. 3. C. de iurisd. om. iud.

## XIV.

*Acquiritur autem iurisdictio, ab Imperatore, (a), Papa (b) lege, (c) populo, (d) vel  
consuetudine, (e) quæ contentiosam quoq; tribuere, (f) & circa pœnas in nero Imperio  
disponere potest. (g)*

(a) l. 1. §. initio eiusdem. de off. præfect. vrb. l. fin. C. de crim. sacrileg. (b) tot. tit. extra de  
off. iud. ord. (c) l. 1. de off. eius. (d) Ias. in d. l. more. n. 45. Glos. in l. & quia. h. t. quod tamen  
hodie

hodie vix videtur obtinere: cum magistratuū creatio ad solam principis voluntatem pertineat, non ad populi fauorem l. i. in prin. ad l. Iul. ambit. (e) l. viros. C. de diuers. off. l. vlt. C. de eman. lib. c. cum contingat. de for. comp. c. duo 9. de off. ord. c. dilecti 4. vbi Glos. in verb. consuetudinem. de arb. Lopez de palat. Ruuios in rep. e. per vestras in 2. notab. §. sed est pulchra num. 27. & mult. seqq. ext. de donat. int. vir. & vxor. (f) Pet. à Bell. pett. in d. l. more in fin. per l. 2. C. de fundis limitroph. & d. l. viros. (g) l. sunt quidam. 9. de ext. crim. Ias. in d. l. more. n. 45.

### X V.

*Sed an etiam prescribi possit, magna dubitatio est? quod affirmo, si scientia principis & patientia accedit ad longi temporis usurpationem. (a)*

(a) VVes. in par. h. t. n. 14. Ferrariens. in form. libel. in act. conf. in verbo plenam. nu. 14. prolixe Lopez. d. loco n. 3. Roderic. Suares allegat. 6. nu. 15. Syntag. com. op. h. t. num. 20. & 23. & 63.

### X VI.

*Porrò iurisdictio & personam necessario requirit, quae eam exerceat, & territorium in quo vires suas exerat. In dubio tamen potius territorio, quam persona cohærere videtur.*

VVes. in parat. n. 10. h. t. Bart. in l. inter 19. de acquir. ter. dom. per l. i. §. initio de off. prefect. vrb. l. fin. C. vbi & apud quem &c. in verbo qui vel certae administrationi, cui iurisdictio cohæret. Felin. in c. Rudolphus n. 15. & elegantiss. add. ibidem. Lopez de palat. Ruuios d. loco. n. 39. fol. 253. Kirchou. n. 49. & 55. in Syntag. h. t. Ant. Capic. decis. neapol. 27. n. 36.

### X VII.

*Cæterum qui iurisdictioni præst, neque sibi, neq; vxori, vel liberis suis, vel libertis, vel cæteris quos secum habet, ius dicere debet: (a) neq; superiori aut æquali, (b) neque de rebus ad suam iurisdictionē non pertinentibus, (c) nisi partiū voluntate sit datus, vel electus iudex, vel se spōte huic subiecerint, (d) vel si extra ordinem incōpetens rescripto principis inter aliquos iudicare iussus sit. (e)*

(a) l. qui iurisdictioni 10. h. t. l. i. in princ. quod legat. l. extat quod met. causal. lex Cornelia 5. in prin. de iniur. Vide Cost. in d. l. qui iurisdictioni. Duar. lib. 1. anniu. c. 51. Corras. lib. 4. Misc. c. 9. (b) d. l. est receptum 13. h. t. l. 3. in fin. cum l. seq. de recep. arb. (c) l. fi. h. t. (d) d. l. est receptum, l. si conuenerit 18. h. t. (e) Cuiac. in parat. C. h. t.

### X VIII.

*Iudices autem qui utuntur ordinaria iurisdictione, licet facile olim iurisdictionē mandare poterant: (a) hoc tamen per recentiores Imperatores immutatum est, ne scilicet iudices vel præsides constituant loci seruatores, aut vices suas gerentes, nisi statim casibus, (b) neq; iurisdictionem mandare possunt, nisi in causis leuioribus, & quando per publicas occupationes vel causarum multitudinem non licet omnibus vacare, (c)*

(a) l. i. §. huius rei vers. cum alias de off. cius. l. solet 16. l. prætor 17. h. t. (b) expressis in Nouel. de collator. §. adhæc sancimus Nou. vt nulli iudic. lice. Nou. de defens. ciu. §. eos. (c) hic est verus sensus l. placet. 2. C. de pedan. iud. Long. in d. 4. Imp. fol. 49 n. 5. & seqq.

### X IX.

*Hinc apparet merum Imperium, quod specialiter competit, ne quidem in una specie alteri*

alteri mandare posse, (a) nisi in casu iustæ absentiae, (b) & alijs nonnullis, (c) & tunc demandatur, quo ad cognitionem tantum, non definitionem capitalis cause. (d)

(a) l. nemo de reg. iur. l. solet. & l. i. de off. eius. Secus tamen est de Iure Canon. quia omnia quæ sunt meri vel mixti imperij, de legari possunt. c. illud vbi Glos. in verb. sed & iudices 13. q. 5. c. quod sedem vbi Glos. & latè Felin. nu. 2. de off. ord. (b) d. l. l. i. veri. huius rei. (c) vt in delegato principis. Muscor. in tract. iur. n. 136. & seq. Bart. in l. i. & ibi Glos. C. qui pro sua iur. Ias. in d. l. i. nu. 20. & 63. vbi plura vide. (d) Azo in sum. C. h. t. n. 16. Spec. de iur. om. iud. n. 26. in fin. Cost. in d. l. i. de off. eius. nisi in insigni latrone & alijs, quod videre est in l. si quis. 6. §. hi autem omnes. de iniust. rupt. Iul. Clar. §. fin. q. 4. i. n. 4.

## XX.

*Queritur autem an quemadmodum merum Imperium potest delegari ex causa iustæ absentiae eodem modo possit propter infirmitatem? & quamvis non desint, qui illud negant* (a) *Ego tamen affirmatiuam communiori calculo approbat am tuebor.* (b)

(a) Muscor. nu. 135. in fin. post Fulgos. in l. i. ponderando verba, non aliter de off. eius. (b) tex. in c. si pro debilitate 3. de off. iud. deleg. tex. in l. aliquando 5. in verb. necessariam moram de off. procons. Bart. in d. l. i. num. II. Iason ibid. num. 73. & seq. ratio est quia causa absentiae & infirmitatis æquiparatur l. si longius 18. in prin. de iud. l. aut si valetudine 9. de procur. l. licet 15. de arb. c. quod sedem. 10. de off. ord. l. quæsitum 66. de re iud. Syntag. com. opin. n. 80. h. t.

## XXI.

*Mixtum quoq; Imperium quamvis communiter receptum sit, quod delegari non possit:* (a) *tamen quia iurisdictioni cohæret, non solum recte delegari, sed etiam mandata iurisdictione vna transire verius est.* (b)

(a) Glos. & Bart. in d. l. i. n. 3. Ias. d. l. n. 28. & 62. de off. eius. Spec. de iur. om. iud. nu. 17. & 24. per l. nec quicquam §. vbi decretum de off. procons. l. omnia 77. de reg. iur. (b) Idque constat ex l. i. in fi. l. vt cognitio §. vt possessio l. fi. de off. eius Alc. lib. 2. parad. c. 1. & 4. Musc. n. 174. Longo. in d. l. Imp. fol. 166. & seqq. Cost. in d. l. i. & l. 4. de off. eius.

## XXII.

*An similiter potest as mulctandi & inobedientiam pœnali iudicio coercendi,* (a) *item adhibendi torturam, pro veritate eruenda, testibus in fide vacillantibus,* (b) *transeant in iudicem delegatum, non leuis est quaestio?* & affirmatiuè concludo, quamvis duum vires mulctare non possint, sicut nec defensores ciuitatum. (c)

(a) c. de causis 4. §. 1. c. sane c. ex litteris 39. de off. deleg. l. 2. C. de sport. cum aliter iurisdictionem non possint defendere & redderetur illusoria. d. c. ex litteris. Long in d. l. Imp. fol. 180. nu. 2. & seq. Cost. in l. 2. h. t. negatiuam tenet Bart. in l. i. nu. 6. si quis ius dicent. per l. 2. in fin. de iud. latè Muscor. n. 121. & seq. (b) auth. de testib. §. si vero ignoti. Iason in l. 2. n. 13. in fin. h. t. Secus tamen est si tortura adhibetur pro pœna, quoniam tunc videtur esse meri imperij Ias. d. l. 2. n. 14. (c) l. vnic. si quis ius dicent.

## XXIII.

*Nunquid tamen delegatus sententiam suam possit executioni mandare satis dubitabilis est quaestio, in qua exceptis ijs, quæ ad merum Imperium & grauiorem animaduersiōnem pertinent, affirmatiuam veriorem esse opinor: & maxime Iure Canon.*

Innocent. in c. ab ecclesiis. n. 7. de off. ordin. Zaf. in l. à Diuopio 15. in prin. ver. Item collige.

collige. de re iud. Longou. in rep. I. Imper. fol. 187. Glos. in c. si quis clericum. in verbo ipsius  
us solicitudine de for. comp. Hen. Boich. in c. pastoralis §. præterea. n. 5. & 6. de off. iud. de-  
leg. & in c. significasti nu. 9. & seq. d.t.

#### XXIV.

*Solet iurisdictio vel tota, vel species vna, vel certæ cause, ratione quantitatū, locorum,  
& personarum mandari, (a) qua in re diligenter commissæ mandatæq; iurisdictionis for-  
ma est obseruanda. (b)*

(a) I. Solet I. prætor h.t. l. 3. C. vbi & apud quos I. magisteria 6. C. cod. I. si idem cum eodem  
II. l. cum quidam 19. h.t. VVes. in parat. h.t. nu. 10. (b) I. diligenter in pr. mand. ratio est  
quia iurisdictio delegata est stricti iuris & odiosa. argum. c. cum dilecta de rescrip. Glos. in  
c. I. in verb processus de rescrip. in 6. Sebast. Vant. fol. 293. n. 1. Iaf. in l. 3. nu. 8. in fin. & ordi-  
nariae derogat. Vant. fol. 194. nu. 28. & fol. 328. n. 91. & 93.

#### XXV.

*Delegatus autem cum propriam iurisdictionem prout dictum est, non habeat, subdele-  
gare non potest, (a) nisi sit delegatus principis vel papæ, (b) qui censentur etiā digniores  
& nobiliores ceteris ordinarijs, (c) vel delegatus ad vniuersarum causarum, (d) & qui-  
dam alijs. (e)*

(a) I. fin. in prin. de off. eius. l. more 4. h.t. l. à iudice C. de iud. (b) d. l. à iudicel. vnic. in  
fin. C. qui pro sua iurisd. qui etiā causas criminales sibi delegatas possunt alteri subdele-  
gare. Glos. communiter approbata in d. l. vnic. verb. iudicandas. Guid. Papa sing. 398. Her-  
cul. Seuerol. de remiss. c. 32. Sébast. Vant. fol. 305. n. 26. Innoc. in c. super quæstionum nu. 4.  
de off. deleg. Contrarium tenet. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 41. n. 3. in fin. Bonac. nu. 74.  
Syntag. com. opin. h.t. & n. 86. (c) Iason in rub. de off. c. eius in pr. & n. 1. Bald. in d. l. à iudice  
n. 2. Specul. de iud. deleg. n. 19. in fi. per c. sane 11. de off. deleg. c. pastoralis II. §. 1. de off. ord.  
Sich. in d. l. à iudice. n. 6. (d) Iaf. in d. l. more nu. 19. Seb. Vant. de null. fol. 304. nu. 24. Glos. &  
Pet. à Bell. pert. in l. l. qui & à quo. Azo in sum. C. h.t. num. 12. (e) vt in legato proconsulis  
l. 12. de off. procons. Iaf. d. l. more nu. 25. Cost. in l. fin. de off. eius plures vid. apud Bal. in d. l.  
à iudice. Panor. in c. super quibusdam §. si vero de appell. Iaf. in d. l. à iudice.

#### XXVI.

*Delegatio facta per delegantem non habentem iurisdictionem, an confirmetur si super-  
ueniat iurisdictio, (a) & an delegans teneatur de imperitia sui delegantis, non inconve-  
nienter queritur? prioris affirmatiuam alterius negatiuam defensam. (b)*

(a) Iason in rub. de off. eius nu. 4. Glos. notab. in l. vni. §. patientiam vbi Bart. C. qui pro  
sua iurisd. (b) Bald. in rub. C. de pœna qui mal. iud. n. 12. Iaf. d. loco nu. 3.

#### XXVII.

*Illud quoque notandum, cum coram defensoribus ciuitatum, qui olim ad so. (a) hodie  
ad 300. aureos solum in pecuniarijs causis cognoscunt, (b) & alijs qui limitatam iurisdi-  
ctionem habent, litigatur, non debere fieri coaceruationem in uno libello plurium summa-  
rum ex diuersis obligationibus debitorum, quarum singularium quantitas intra iurisdi-  
ctionem iudicantis sit, coaceruatio autem omnium modum excedat & iurisdictionem iu-  
dicantis impedit. (c)*

(a) I. C. de defens. ciu. (b) Nouel de defens. ciuit. §. & iudicare. (c) I. Si idem cum eodem  
¶. in pr. h. t. Secus tamen est quando agitur de debito conseruando creditor, cum hoc sit  
fauora-

fauorabile, cumulatio admittitur. l. si plures 9. §. i. de pactis. Glos. & Ias. in d. l. si idem nu. 3. Cost. d. t.

### XXVIII.

Quoties autem de quantitate ad jurisdictionem pertinet queritur, semper quantum petitatur, non quantum debeatur querendum est.

l. cum quidam 19. in s. h. t. & si dolo malo actor amplius petat, quam debeatur, in expensas damnatur. Nou. de def. ciu. §. sed neque. Glos. in d. l. cum quidam.

### XXIX.

Finitur iurisdictio ordinaria, morte eius cui commissa est, non mandantis, (a) item finita instantia vel lite: delegata, mortuo ordinario & delegante, re integra expirat, (b) item quandounque revocatur, (c) transacto seu finito termino commissionis, (d) recusatione, (e) appellatione, (f) finito negotio commisso, (g) & alijs modis. (h)

(a) Spec. tit. de legato. §. finitum autem nu. 1. in fin. 2. & 3. Syntag. com. opin. tit. de iur. omn. iud. nu. 2. Henr. Boich. in c. quoniam Abbas nu. 9. de off. deleg. Bald. in l. meminisse de off. procons. (b) Syntag. com. opin. n. penult. Henr. Boich. d. c. quoniam. prolixo per tot. capit. per l. & quia 6. h. t. (c) l. iudicium soluitur. 58. de iud. (d) c. de causis 4. de off. deleg. (e) c. secundo requiris 41. de appell. l. apertissimi 16. C. de iud. (f) c. vt debitius 59. d. t. (g) l. iudex 55. de re iud. (h) VVesenb. latè in parat. h. t. in fin.

### XXX.

Et morte ordinarii adeo finitur iurisdictio delegata, quod etiam de consensu partium non posset delegatus ultra procedere, (a) ipsoq; iure extinguitur delegatio etiam partes ignorarent mortem delegantis. (b)

(a) Glos. in c. venissent in verb. egerit de testib. (b) rex. in c. fin. §. vt officium de off. deleg. in 6. Glos. in l. eius qui in prouincia in verb. ignorassent si cert. pet. Ias. in d. l. more nu. 8. Bart. in d. l. more. nu. 18. Schenck. Baro à Taut. in viridar. conclus 13. nu. 1.

## COROLLARIA

**M**erum Imperium vitrum soli Imperatori, an vero etiam sublimioribus potestatibus competat, vetus, & Azonis & Lotharii equi sponfione nobilitata quaestio est? (a) in qua pleriq; Azonem & equum, Lotharii vero equum tulisse putant: (b) quidam vtrung; equo indignū faciunt. (c) Ego Lotharii sententia iuri ciuili consentaneā puto. (d) (a) Bodin. in Meth. hist. c. 6. §. veniamus. (b) Azo in sum. C. h. t. num. 17. Bod. in lib. 3. de repub. c. 5. vbi dicit hanc opinionem omnium pene iurisconsultorum suffragijs approbatam esse. (c) Bod. in d. lib. 3. c. 5. & in lib. de Imper. (d) quam approbavit Imp. Henr. 7. Bononiae, in quem ambo compromiserant, vt refert Bodin. in Meth. d. c. 6. quam etiam sequuntur Alc. lib. 2. parad. c. 6. Molin. in cōsuet. Par. tit. 1. de mat. feud. §. 1. Glos. 5. in verb. le fief num. 58.

### II.

Iurisdictio alicui in dubio presumitur cumulatiue concessa, ut non adimat potestatem ordinarii: ideoque praeuentio locum habet, quæ in priuatue concessa, ne quidem partium voluntate admittitur.

Foller. in pract. crim. in rub. audiantur excusatores num. 67. & 68. latè Menoch. lib. 1. q. 40. de arb. iud. Ioseph. Ludou. com. concl. tit. de iurisd. concl. vn. Gram. decif. 30.

AB:153255  
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasm. Galli

## Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



# THESES E IVRISDI- CTIONE.

DEO AVSPICE, PRAESIDE VIRO  
SIMO D. IOANNE MICHAEL CRONEN-  
O, LL. Licent. Dictatore in celeberrima Agrip-  
penium academia in Collegio Iuriscon-  
fultorum, publicè defendere  
conabitur. 20. Decemb.  
Anno 1590.

GELBERTVS GRVITER.



COLONIAE AGRIPPINAE C  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

3